eidem detulisse, modum quoq; factum, quo facilius et magis ex sententia negocium confici posse putabat, perscripsisse, nihilq; suic antep Rex in rerebat, suic ipso iam mortuo, tum consulendo tum monendo præ misisse, quo Cæsaris res iuuari posse credebat. Qui ita se gesserit, q tantam curam omni tempore adhibuerit qui hoc ipsum etiam in præ tia Maiestatis Cæsareæ confirmare sit paratus, quopacto credatur res Austriacas noluisse promouere? Ipsiusne an uero aliorum, qui h ne consulentem sequi noluerint, culpa acciderit, quod res minus f licter ad extremam ceciderit? Sed obiicit Cardinalis amicos p res gallicas esse sequutos. Quid? an uero illos cogere potuit mul Si Cæsar aliam uiam fuisset ingressus, haud mani correctura cre ditur quod potius in illius partes inclinati fuissent, qui ex conte tu exasperati, tandem aliorsum respexerint. Admonuit Cæsarem Cardinalis ut Albertum Lascum tempestiue sibi deiniceret, nec h ingenio, eloquentia et fauore populari potentem, sperneret. Idem præterea faceret cum altero quodam Palatino Petro Sborosch, et al quibusdam quos facile fuisset initio in partes Cæsaris adduce misi eius Maiestas illis contemptis, aliorum quorundam consilia sequi maluisset. Quicquid Comendonius scripsit, quicquid sugg ficauit, quicquid consuluit, nescio qua ratione factum fuerit ut tanq; suspectum reijceretur. Præterea qui res nuper in Polonia g tas omnino non ignorat, aduersus Oratores Cæsareos multa adfera ex quibus intelligitur non satis prudenter res suas ipsos institu se, partesq; Cæsaris non tam promouisse, q; deteriores reddidis Quisq; facile coniciat non parucam fuisse causa ob q; Polon unum ex illis captiuum detinuerint, alterum uero procul discedere uss Vtinam in Principum aulis pauciores uiuerentur, qui ne intellige faciunt ut nihil intelligant, dumq; sana et usitata consilia respun res suorum Principum haud raro interuertunt. Si uel Cæsar uel Oratores per Comendonii res suas promoueri uolebant, par sane ut consiliorum eius ratio haberetur. Decebat etiam ut Oratores cum illo syncere communicarent. Ipsi uero et initio, et in progressu ipso

contraria egisse ora dicuntur. Sed ex hoc, inquiunt constat non fuisse Cardi nali fidendum, quod dissolutione Comitiorum, electione ad tempus inter missa, iuuare noluerit. Ita enim fieri potuisse quod numerosiora suffra gia in Serenissimum Ernestum, Gallo neglecto, recideret. Sed qui res pro pius expendunt, haud incertis rationibus eiusmodi persuasione fuisse uanam confirmat, nec dubitant si eiusmodi consilium singulari dei beneficio, Catholicorum prudentia, et Massouiturum (gens est Polonia inter ceteras fidei christianæ studiosissima) fortitudine, non fuisset impeditum, maxima mala fuisse expectanda. Nam qui dissolutione illius comitiis potissimum expectabat, et extra Massouiturum fines noua Comitia instituere meditabantur uel hæretici fuerunt, uel hæretico rum dolis illusi. Videntes enim electionem in Cathedrium uergere, si in territorio alicuius Palatini, qui sectis faueret Comitia re dintegrarentur, sperabant quod, mutatis studijs, suffragia in ho minem sectarum transferrentur, tempusq; et dilationem plurimum posse prodesse non mani correctura arbitrabantur. Vnde nemo no uideat, q; grauis et iusta causa Legatum et Catholicos ut sese op ponerent huic haereticorum conatui, promouerit. In summa non desunt hic graues uiri, qui (nisi forte quædam causa ipsos lateant) proce rto sibi persuadent Comendonium, si facultas ei detur cum Cæsa rea Maiestate hac de re agendi, facile obiectiones omnes dilituru. Scitu enim et in Polonia et alibi æmulos ipsum habere multaq; a calu matoribus, uel studio priuatæ cuiusdam ambitionis, uel ordinis, Ecclesiastici odio confingi, præsertim uero rebus subsecutis paru ex sententia. Fitq; ad hunc modum ut qui pollicebantur mul ta, nec tamen quicq; præstiterunt, nunc culpam in alios transfer re studeant. Poleo sane ex aio bonum Imperatorem, domuq; Austria cam priuatis eiusmodi studijs, tantam fortunis suis prouehendis occasionem amisisse. Initio res minime malo erat loco. Vniuersus ordo Ecclesiasticus, penes quem non parua erat authoritas, etemq; al quotam proceres, Lituani, atq; adeo tota maior Polonia omnino in